



**Francisci De Fargna Civitatis Plebis Patrii Philosophiæ,
Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris ... Commentaria In
singulos Canones De Jurepatronatus**

Qui sparsim tam intrà, quàm extra corpus Juris Canonici vagantur ...

Fargna, Francesco de

Romæ, MDCCXVIII

Casus V. Argumentum. Juspatronatus ab initio hæreditarium, an fieri
possit per successorem Fundatoris gentilitium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72203)

institutus, sed non acceptaverit, nec adierit hereditatem; in quibus casibus juspatronatus transit ad heredem institutum, in re certa, quia per jus accrescendi universa hereditas consolidatur in ipso; & ad repudiantem hereditatem universalem juspatronatus non transit, *Anan. conf. 86. Calderin. conf. 2. Abbas hic.*

- 4 Limitatur etiam in casu, quo hæres esset institutus in re certa, quæ esset aliqua universitas, puta Villa, Castrum, cui esset annexum juspatronatus; vel in casu, quo Testator specialiter legasset de consensu Ordinarii juspatronatus instituto in re certa; in quibus casibus juspatronatus transit ad heredem institutum in re certa, ut bene advertunt hic *Boreus n. 30. & seqq. Lambertin. ubi supra, & art. 17.* secus autem si Testator legasset hujusmodi juspatronatus eidem instituto in re certa, absque consensu Ordinarii; tunc enim non transiret ad illum juspatronatus, dum Testator non potest specialiter legare juspatronatus uni personæ, absque consensu Episcopi, *Lambertin. de jurepat. lib. 1. p. 2. quest. 1. art. 9. n. 1. Rocca de Curt. eodem tractat. in verb. is, vel ipse, à quo n. 38. Abbas in cap. Cum seculum hoc tit. n. 6. ibique Anania n. 4. Butr. in cap. Cum seculum n. 2. Beroussin. cap. illud de jurepat. n. 12. nisi illa*
- 5 persona sit compatrona, *Rot. coram Achill. decis. 10. de jurepat. Vivian. de jurepat. lib. 4. cap. 1. n. 31. & cap. 4. n. 6. & coram Verall. decis. 284. p. 1. & decis. 131. p. 2. & coram Coccin. decis. 464. n. 8. & coram Duno. jun. decis. 79. n. 5. & decis. 96. n. 9.* Aut nisi sit
- 7 aliquis locus Religiosus, vel Ecclesia, *Butr. in cap. Cum seculum de jurepat. n. 2. Boreus in cap. Illud de jurepat. n. 13.*

ARGUMENTUM.

Juspatronatus ab initio hereditarium, an fieri possit per successorem fundatoris gentilitium.

SUMMARIUM.

1. Fundator potest mutare qualitatem juspatronatus, ut de hereditario efficiatur gentilitium.
2. Patroni heredes Fundatoris, an possint mutare qualitatem juspatronatus, ut de hereditario efficiatur gentilitium? & n. 3.

4. Patronus potest mutare juspatronatus, ut de laicali efficiatur Ecclesiasticum, & de non Sacerdotali efficiatur Sacerdotale.
5. Patronus potest successoribus præjudicare, & juspatronatus hereditarium suppressere, & ei renunciare.
6. Conditio, quod juspatronatus sit Gentilitium, est favorabilis Ecclesie.
7. Conditiones novæ, quando sunt præjudiciales Ecclesie patronatæ non possunt apponi post fundationem, nec à Fundatore, nec ab ejus successoribus, secus si sunt utiles, & non præjudiciales eidem Ecclesie.
8. Juspatronatus hereditarium fieri potest gentilitium per observantiam subsecutam.
9. In jurepatronatus gentilitio succeditur in capita, & non in stirpes.
10. Juspatronatus transit ad heredem universalem, non verò ad heredem institutum in re certa.
11. Juspatronatus in dubio censetur hereditarium.
12. Patronus potest mutare juspatronatus hereditarium in gentilitium, & n. 14.
13. Juspatronatus esse gentilitium arguitur ex presentatione etiam ineffectuata.
15. Presentatio facta cum expressione, quod juspatronatus sit de domo, aut familia, de talibus, an probet illud esse familiare, & n. 31.
16. Literæ Apostolica pro presentato, in quibus enunciatur juspatronatus esse laicorum de domo, aut familia de talibus probant juspatronatus esse gentilitium; & n. 17. amplia ut n. 18.
19. Presentatio expleta in capita, & non in stirpes, probat qualitatem gentilitiam, & n. 20.
21. Reservato jurepatronatus pro omnibus de familia in genere, presentatio explenda est per modum Collegiativum, & major pars prævalere debet minori.
22. Juspatronatus gentilitium desertur ad solos masculos agnatos, ad feminas verò non nisi per posterius, ut n. 23.
24. Ex presentatione incerta, & erroneè admissa, non acquiritur quasi possessio presentandi, nec dicta presentatio est attendibilis.
25. Presentatus à majore parte patronorum est præferendus.
26. Gratia derogatoria pro medietate resolvuntur in simplicem gratificationem.

- 27 *Mutatio jurispatronatus hereditarii in gentilitium non praesumitur, & onus illam probandi incumbit asserenti.*
- 28 *Præsentatio facta a patrono cum expressione, uti filius, & hæres, demonstrat juspatronatus esse mixtum, & non omnino gentilitium.*
- 29 *Reservato jurepatronatus sibi, & heredibus suis in perpetuum, an censeatur reservatum, tam pro descendentes, quam pro extraneis, & n. 30.*
- 32 *Enunciatio edita præter necessitatem, & importantiam actus non attenduntur.*
- 33 *Præsentationes magis consonæ fundationi, & juris præsumptioni conformes præferenda sunt aliis præsentationibus.*
- 34 *Res judicata non comprehendit, quod non apparet effectivè declaratum, seu definitum.*
- 35 *Voluntas elicitur etiam ex actu nullo.*
- 36 *In jurepatronatus gentilitio an, & quando omnes de familia, & etiam pater cum filio admittantur ad præsentandum.*

CASUS V.

Poffidet Nobilis Familia A, titulo hereditario juspatronatus ad diversa Beneficia, & Cappellanas, præsertim ad Cappellaniam SS. Samalidis, Nicodemi, & Abibonis. De anno 1596. illi de familia, ad formam Clement. plures de jurepat. diviserunt dictum juspatronatus per turnum, & alternativam; in qua divisione de communi consensu statuerunt præfatum juspatronatus, extantibus descendentes masculis de familia A, ad eos spectare, exclusis foeminis, ut ex Instrumento transactionis ibi: *Item volsero, convennero, e dichiarorono, che stante li descendenti maschi legitimi, e naturali della Famiglia A, le femine non possino, nè debbano succedere nel padronato di detti Benefizii Ecclesiastici spettanti à detta famiglia, mà vogliono, che stiano in tutto, e per tutto escluse, nè ragione alcuna abbino, ò possino avere in detti loro padronati.*

Postremò tota familia A, consolidata, fuit in Julio, qui cum ab hac vita migrasset, reliquit quatuor filios masculos, nempe Joannem Franciscum Primogenitum, quem hæredem universalem instituit Gherardum, Flaminium, & Federicum, nunc defunctum, quibus titulo institutionis reliquit solam legitimam.

Vacante nunc per obitum ultimi Reftoris præfata Cappellania SS. Samalidis, Nicodemi, & Abibonis, Joannes Franciscus præsentavit ad illum Titium; alii duo fratres verò nempe Gherardus, & Flaminius præsentarunt Sempronium. Quo posito ad effectum agnoscendi, quis ex dictis Præsentatis sit instituendus, & obtinere debeat Cappellaniam, proposita mihi fuerunt sequentia dubia.

Primò: An juspatronatus ab initio hereditarium vigore dictæ transactionis initæ anno 1596. sit gentilitium, & quatenus negativè.

Secundò: Ad quem ex dictis Fratribus de Familia A, & pro qua portione spectet?

1 Et videtur, quoad primum negativè respondendum; licet enim fundator post perfectam fundationem Beneficii valeat ita mutare qualitatem jurispatronatus, ut de hereditario efficiatur gentilitium, & quandocumque possit per eum imponi qualitas gentilitia jurispatronatus hereditario, accedente consensu Ordinarii, *Rota decis. 675. n. 2. in fine par. 1.* tamen successores ipsius Fundatoris in jurepatronatus, seu patroni non possunt mutare qualitatem jurispatronatus, ut de hereditario efficiatur gentilitium, ut expressè tuctur, *Lotter. de re benefc. lib. 2. q. 47. n. 64. & 65.* asserens hoc esse de mente *Felini in cap. Cum accessissent sub n. 19. versic. secundus casus de constit. & Rota decis. 346. n. 6. coram Merlin.*

2 Ea ratione, quia hæres, & successor non potest immutare statum præscriptum à Fundatore in jurepatronatus, nec etiam de consensu Ordinarii, absque beneplacito Apostolico alterare voluntatem Fundatoris in forma specifica servandam, adeoque illi de familia A, non poterant juspatronatus, quod erat ab initio hereditarium, vigore transactionis initæ anno 1596. reddere gentilitium, *Ferrett. conf. 134. per tot. Bald. in L. Si testam. n. 1. & seqq. C. de testam. Lotter. de re benefc. lib. 2. quest. 47. n. 6.*

3 Contrarium tamen verius de jure censeo; quoniam quando plures sunt Patroni hæredes, & successores Fundatoris possunt isti unanimi consensu donare, & reservare juspatronatus hereditarium eis de familia masculis, exclusis foeminis, & sic reddere illud gentilitium, immo possunt

sunt qualitatem hæreditariam in gentilitiam ad formam majoratus, & primogenituræ immutare etiam sinè consensu Ordinarii, quid quid secus esset, si unus ex dd. patronis dissentiret, & nollet, jus patronatus hæreditarium esse gentilitium; sicuti competente jure patronatus omnibus de parentela, possunt isti omnibus concurrentibus, & nemine discrepante admittere extraneum ad præsentandum cum eis; secus uno solo discrepante, *Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 2. quest. 2. & quest. 4. art. 4. n. 3. & lib. 2. par. 2. quest. 2. art. 16. Ciariin. controuv. 159. n. 22. lib. 2. & juxta magistralem Decisionem Sacræ Rotæ in Romana Cappellania S. Nicolai 8. Junii 1709. coram R. P. D. Ansaldo confirmata 17. Martii 1710. coram eodem inferiùs legen. & in Tuden. Parochialis de Rewerteme 7. Decembris 1708. S. Si quidem omisso coram R. P. D. Lancetta, & in Compostellana Parochialis de Pardeffoa 2. Julii 1710. S. Serotinum coram R. P. D. Falconerio, & in Romana Cappellania 3. Junii 1711. S. In hoc igitur coram R. P. D. Ansaldo, & in Bononien. Beneficiorum de Castello 9. Junii 1713. S. Rursus coram R. P. D. Ansaldo. Tuden. Parochialis de Rewerteme 25. Junii 1708. S. Caterum coram R. P. D. Ansaldo.*

Ratio est, quia licèt translatio patronatus non possit attentari in præjudicium illius, cui est jus quæsitum, nihilominus cum hæreditario patronatui imprimatur ab omnibus interesse habentibus hæc qualitas gentilitia, non solum cessat præjudicium istud, eo quia, quod introductum est in favorem patronorum, possunt ipsi ei renunciare, *Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 2. quest. 4. art. 4. n. 3.* sed etiam impressio hæc tendit in favorem Ecclesiæ, cui aperitur spes libertatis post extinctam familiam, *Achill. de Grass. decis. 10. n. 3. de jurepat. Lotter. de re benefic. lib. 2. quest. 11. n. 5. Rota decis. 163. n. 3. par. 1. recent.*

4 Quam sententiam expressè tuetur, *Vivian. de jurepat. d. lib. 4. cap. 9. n. 28.* & quidem veriore puto utpote principiis magis solidis innixam, nam patronus potest donare jus patronatus laicale hæreditarium Ecclesiæ, & sic ita mutare illud, ut de laicali efficiatur Ecclesiasticum, juxta *Text. in cap. Si laicus de jurepat. in 6. ibique Monach. Gemin. Card. de Luca de jurepatr.*

disc. 59. n. 13. Rota in Aprutina Beneficii 19. Junii 1705. S. Etiamst coram R. P. D. Scotto. Insuper patronus reservando jus patronatus hæreditarium favore aliquorum potest apponere modum, quòd præsentandus sit Sacerdos, aut in sacris constitutus, & sic de non Sacerdotali reddere illud Sacerdotale, non obstante, quòd fundator imprefferit in eo solam qualitatem laicalem, & non Sacerdotalem, *Lambertin. de jurepat. lib. 1. par. 2. quest. 4. art. 4. n. 3.* Ergo etiam patronus poterit jus patronatus hæreditarium reddere gentilitium, & imprimere in illo qualitatem gentilitiam, non obstante, quòd fundator in ejus fundatione imprefferit in jus patronatus solam qualitatem hæreditariam: Patronus enim potest successoriibus præjudicare, & uni totum jus patronatus hæreditarium prælegare, & etiam in extraneum transferre, immo potest suppressere, & ei renunciare, ita quod Ecclesia remaneret libera etiam sinè consensu Episcopi, nec hæredibus competit querela, juxta *Text. in cap. Significavit de test. Alex. conf. 13. n. 10. & conf. 20. n. 6. lib. 5. Roch. de Curt. de jurepat. in verb. pro eo, quest. 14. n. 30. Lambertin. eodem tract. lib. 1. par. 2. quest. 2. art. 7. n. 1. & seqq. Covarr. resolut. lib. 2. cap. 18. n. 10. Rota decis. 653. n. 1. & 2. coram Pamphil.*

6 Et ratio hujus est, quia conditio, quòd jus patronatus spectet ad solos mascululos de familia exclusis foeminis, seu quòd sit gentilitium, non est contra jus, nec est præjudicialis, immo favorabilis Ecclesiæ; adeòque in transactione anni 1596. potuit apponi ab eis de Familia A, patronis.

7 Licèt enim novæ conditiones, vel nova pacta, quando sunt præjudicialia Ecclesiæ patronatæ, & illi onerosa non possint apponi post fundationem, nec à fundatore, nec ab ejus successoribus, etiam cum consensu Episcopi; tamen quando sunt utilia Ecclesiæ, vel non præjudicialia, possunt apponi post fundationem, quia nihil est, quod repugnet, *Gloss. in cap. Cum dilectus in verb. constitutum de consuetud. ibiq; Abb. Rocch. de Curt. de jurepat. verb. pro eo, quest. 13. n. 29. Lambertin. eod. tract. lib. 1. par. 2. quest. 4. art. 4.*

8 Eoque magis dictum jus patronatus est Gentilitium, si adsit observantia, nimirum si ab anno 1596. usque nunc tantum illi de

de Familia A masculi, & nullatenus foeminae praesentassent, ad Beneficia de eorum Jurepatronatus cum subsecuto effectu, dum Jurepatronatus, ab initio haereditarium, fieri potest gentilitium per observantiam subsecutam, quae attendi debet ad effectum discernendi, an Jurepatronatus sit haereditarium, vel gentilitium. *Gabriel. conf. 196. num. 6. lib. 2.*; ut notat *Vivian. de Jurepat. lib. 4. cap. 9. num. 29. Rot. decis. 346. num. 13. coram Merlin. & in Firmana Jurispat. 21. Aprilis 1704. coram b. m. Muto.*

Non obstat Doctrina Felini in dicto capitulo. cum accessissent citatus à Lotterio contrarium sentiente ubi supra num. 1. quia ipse loquitur de conditionibus favorabilibus Ecclesiae mutandis, dicens, quod non possint mutari ab Episcopo etiam cum consensu Patroni absque causa necessaria; non verò de conditionibus favorabilibus, & utilibus Ecclesiae apponendis, dum non dicit, quod non possint apponi conditiones utiles Ecclesiae in translatione Jurispatronatus, ut legenti patet.

Decisio autem *Rota 346. num. 6. coram Merlin.* non adversatur, quia Patres in ea decisione non definierunt Jurepatronatus ab initio haereditarium non posse fieri gentilitium, sed solum ibi dicitur, quod aliqui ex Dominis dubitabant, an Jacobus successor potuerit immutare naturam, & statum Jurispatronatus, itaut de haereditario efficeretur gentilitium.

9 Posito igitur, quod praesatum Jurepatronatus vigore d. transactionis sit Gentilitium, sequitur, quod spectet ad Joannem Franciscum Gherardum, & Flaminium de Familia A. in capita, & non in stirpes, itaut unusquisque eorum habeat propriam vocem *Gabriel. conf. 196. num. 4. lib. 2. Lotter. de re benefico. lib. 2. quest. 11. num. 123. Rota decis. 289. num. 4. part. 5. recent.* Ex quo concludo, quod Sempronius praesentatus à Gherardo, & Flaminio sit instituendus in dicta Cappellania, & praerendus Titio praesentato à solo Joanne Franciscus, utpote praesentatus à majori parte Patronorum ad *Text. in cap. Quoniam de Jurepat. ibique Innocent. Abb. Butr., Bero: num. 23. §. Plus placet, Gonzal., & Fagnan.*

Quoad secundum dubium, videtur re-

Part II.

spondendum, Jurepatronatus praedictum, quatenus sit haereditarium, spectare inaequaliter ad dictos Fratres de Familia A., nam cum haereditas Julii fuerit divisa inaequaliter inter dictos fratres, nempe in quinque partes, quarum duae fuerunt assignatae Joanni Franciscus Primogenito, & aliae tres aliis tribus Fratribus, quorum uno decedente fuit ejus pars subdivisa in tres partes, quarum una fuit assignata eidem Joanni Franciscus, aliae verò duae aliis duobus Fratribus: & sic de dicta haereditate Julii duas partes cum una tertia obtinuit idem Joannes Franciscus; alius verò duas partes cum duabus tertiis obtinuerunt alii duo Fratres, sequitur quod etiam Jurepatronatus, quod cum haereditate defertur, quoad ejus usum, & exercitium spectet ad dictos Fratres inaequaliter, nempe pro duabus partibus cum una tertia ad Joannem Franciscum, pro verò aliis duabus partibus cum duabus tertiis ad alios duos Fratres juxta: *Vivian. de Jurepat. lib. 4. part. 1. cap. 2. num. 1., Capon. discept. 66. num. 4. Gratian. discept. 645. num. 10. Rota dec. 409. n. 1. part. 18.* Et sic etiam in hoc casu esset praerendus, & instituendus Sempronius, utpote praesentatus à duobus Fratribus habentibus majorem partem Jurispatronatus.

His tamen non obstantibus sentio, quod in casu, quo Jurepatronatus sit haereditarium, illud spectare solum ad Joannem Franciscum, & nullatenus ad alios Fratres de Familia A. Quoniam Testator universalem haeridem instituit Joannem Franciscum primogenitum; Aliis verò Fratribus titulo institutionis reliquit solam legitimam; quapropter cum certum sit de Jure, quod Jurepatronatus transeat ad haeridem universalem, non verò ad haeridem institutum in re certa pro sua legitima juxta: *Abbat. Bero: num. 22., & seqq. in cap. Perlatum de Jurepat., Lambert. de Jurepat. lib. 1. part. 2. quest. 2. art. 26. num. 6., Lotter. de re benefico. lib. 2. quest. 11. num. 28. Garz. de Benefico. par. 5. cap. 9. n. 17., & superius probavi Caf. IV.* Nam etsi legitima sit Jus quoddam universale; non tamen est universitas, cui Jurepatronatus accedit, cum legitima sit quota Bonorum haereditatis pars. *Text. in L. Papinianus §. Quarta ff. de inoff. testam.*

B

stam.

stam. Barb. in L. ex facto ff. de hered. in stir. column. 2. Jason. in L. Quoties column. 3. cod. eodem tit. Sequitur, quod ad solum Joannem Franciscum heredem universalem institutum à Patrono, & non ad alios de Familia A spectet præsens Juspatronatus. Quo posito in hoc casu instituendus esset in dicta Cappellania Titius præsentatus ab eodem Joanne Francisco vero Patrono, & nullatenus Sempronius præsentatus ab aliis Fratribus, ad quos non spectat Juspatrona-


tus, ad Text. in capit. Decernimus 16. quest. 7. Vivian. de Juspatronat. lib. 12. capit. 7. num. 2. Rota in Verulana Abbazia 23. Aprilis 1706. coram R. P. D. Caprara.

Hæc omnia pro meo studio scribebam in una *Pisana Juspatronatus* ex commissione Domini Mei Advocati Pitonii, cui fuit commissum ut scriberet pro veritate in eadem causa prout postea scripsit cum suo particulari Responso.

R. P. D. A N S A L D O

Romana Cappellaniæ Sancti Nicolai.

Veneris 28. Junii 1709.



Uti dicebatur in illa *Urbanien. Canonica* tus, quæ habetur impressa inter *meas Decisiones* in ordine la 9. ubicumque non constat de rerum initio, vel ante ævo ad similitudinem Nili in septemplici postmodum propagatione ora pandentis in Mare caput, sive principium, necesse est per subsequuta indicia, & argumenta fontem eo modo, quo possumus attingere, ut adamussim evenit in præsentis controversia; cum enim de positiva fundatione Beneficii, de quo disceptabatur per assueta publica documenta minimè liqueret, & prætenderet D. Abbas Bussi veluti per obitum Philippi præsentatus à D. Andrea de Mutis præcellere, seu transcendere jura D. Stephani Abbatis de Comitibus, ex quo signanter versaremur in Jurepatronatus familiare, seu gentilitio, unde non forent exequibiles literæ, quas idem Abbas de Comitibus cum præsupposito præsentationis obtentæ à majori parte, vel saltèm medietate Patronorum hætenus existentium obtinuerat, sibi que idcirco majus concedenda esset institutio; Scribentes è converso pro D. Abbate de Comitibus, nec etiam dissitebantur assequi exequutionem præfatarum literarum, adhuc vigente enunciato supposito familiaris, seu gentilitiæ qualitatis, multoque evidentibus quoties ex prædictis subsequutis indicis & argumentis evinceretur revera Jurepatronatus emicare simpliciter hæreditarium, unde *Domini* in hoc conflictu, & in hac trium ferme sæculorum obumbratione lucem veritatis sedulo perquirentes, nihil statuendo ad cuius favorem protenderet sequela, si Jurepatronatus reputandum esset gentilitium, vel familiare crediderunt superemergere signa qualitatis hæreditariæ, qua profectò triumphante ambigere fas non erat, quin, uti rescripserunt, *Litera Apostolica Abbatis de Comitibus omnimodam merentur executionem, & Benedicto Abbati Bussi danda non foret institutio.*

Quatenus enim pertinebat ad eruendam, atque stabiliendam gentilitiam, sive familiarem qualitatem, non inficiebantur quidem defensores D. Abbatis Bussi, quod introspecta præfata obscuritate circa fundamentalem erectionem hujus Beneficii, seu Cappellaniæ nuncupatæ *S. Nicolai* sitæ in Ecclesia, quæ vulgò

Paris II.

compellatur *S. Maria in Campitello*, regula potius assisteret pro hæreditaria qualitate. Tum quia non constito de expresso tenore erectionis, seu fundationis in contrarium per authentica documenta Sacri Canones, qui citra positivam reservationem fundantibus, & erigentibus Beneficia Ecclesiastica ubere benignitatis pleno largiuntur Jurepatronatus Fundatoribus, eorumque hæredibus in perpetuum ad *Textum in cap. 1., & cap. cum sæculum de Jurepatronatus, Glos. in cap. considerandum 16. quæst. 7.* Viam consequitivam sternunt præsumptioni, quod in dubio Jurepatronatus censendum veniat hæreditarium, & proindè cum terminis testatæ, vel intestatæ successione pro regulandis, seu discriminandis vocibus Patronorum, procedatur per ea, quæ respectu primæ conclusionis passim affirmant *Calderin. consil. 4. eodem tit. de Jurepatronat. Lottber. de re Beneficiar. lib. 2. quæst. 11. n. 19., & 20. Card. de Luc. de Jurepatronat. discip. 21. n. 4. Rot. decis. 172. n. 20. penès Posth. de manutent. decis. 183. n. primo decis. 411. n. 2. coram Duran., coram Buratt. decis. 798. n. 7. coram Merlin. decis. 367. n. 2., & 3., & decis. 489. n. 6., & 7. coram Emerix Jun. decis. 102. n. 13. par. 19. recent. in Firmana Jurepatronatus super negotio principali 15. Decembris 1702. §. Hac autem coram bon. mem. Muto, & in Romana Cappellania 16. Martii 1708. §. Licet enim coram Me. Et quoad secundam ad normam *Clem. plures de Jurepatronat. subnectunt Abb. in cap. cum sæculum, & ibi Glos. de Jurepatronat. Covarruv. var. resol. lib. 2. cap. 18. n. 6. Ricc. in prax. rer. foren. Eccles. decis. 212. n. 273. Vivian. de Jurepat. p. 1. lib. 4. c. 2. n. 1., Barbos. de offic., & potest. Episcop. par. 3. alleg. 71. n. 2., & 3. Card. de Luc. de jurepatronat. disc. 60. n. 1.**

Tum etiam, quia prima vestigia hujus fundationis manifestè sic suadebant, vel potius ostendebant, perspectis siquidem litteris, seu Breve *Pauli* hoc nomine *Secundi* editis sub anno 1466. ad litteram coruscabat, quòd Paulus Jacobelli de Capizucchis præsentandi facultatem reliquerat *Elisabethæ* ejus filiæ, & universali hæredi, ipsa verò *Elisabeth* de subsequenti anno 1467. enunciando Testamentum, & fundationem à præfato Paulo Jacobellio promanantem in exequutionem

R 2

ejus

ejus voluntatis præsentando quemdam Nicolaum explicitè afferuerat, Paulum ipsius Patrem reservasse sibi (sunt verba præcisa,) & hæredibus suis in perpetuum in dicta Cappella Jus præsentandi, Summario D. Abbatis de Comitibus n. 1. litt. C. & D. Abbatis Buffij n. 2. prodeque licèt de tali Testamento, de tali reservatione ex injuria fortasse temporum non appareret, nihilominus duplicata hæc enunciativa, & suppositio facta per Summum Pontificem, & per unicum Pauli filiam, & hæredem paternis adhuc cineribus incalescentibus omnem aufererat, juncta præsertim juridica præsumptione, de qua proximè, fluctuandi ansam quemadmodum in ordine ad tam antiquas, & effectum fortitas enunciativas, videre est penès Gabriel. in tit. de probation. conclus. 2. n. 59. vers. 3., & limit. Vivian. de Jurepatronat. p. 2. lib. 11. cap. 5. n. 49. Rot. decis. 445. n. 15. coram Cerr. decis. 29. n. 19. parte 7. decis. 679. n. 4. parte 18. recent. cum aliis in fortioribus relatis concordan. in Faventina Jurium Parochialium 28. Junii 1697. S. Prætermisso cum seqq. coram me.

12 Verùm admittitur quoque hæc suppositio-
ne, & præcisivè pro nunc à solito sicuti
opinabantur fundamento derivante à ni-
miùm famigerata sanctione Alexandri III.
in cap. consultationibus de Jurepatronat.
ratione ultimi status, de quo inferiùs ad-
huc introeundo, penetrandoque viscera
meritorum replicabant prænominati De-
fensores D. Abbatis Buffi, quòd prædi-
cta præsumptio juris, & gemina vetustis-
sima enunciativa, vloeat tantummodò
indicare, quòd Juspatronatus fuisset à sui
primordio quidem hæreditarium, illud-
que tanquam tale steterit penès Elisabet-
tham primam hæredem, & filiam Pauli
fundatoris, & deinceps descenderit in
Joannem Franciscum ex persona Caroli
ejus filii nepotem usque ad expletam de
anno 1492. ad limites cujusdam divisorii
laudi antecedentis per eundem Joannem
Franciscum præsentationem pro duabus
ex tribus partibus, seu ratis hæreditariis,
sed abindè citra transitum indubitatum
fecisse affirmabant in aliam prorsus natu-
ram, seu qualitatem gentilitiam, sive fa-
miliarem, jam enim (& in hoc bene sub-
debant) nulla coincidebat amaritudo quin
sinè earundem Sacrorum Canonum læsio-

ne, & reluctantia valeret Juspatronatus
hanc metamorphosim, seu immutationem
ad libitum Patronorum pro tempore
subire non obstante littera foundationis
in oppositum ex rationibus latè perpen-
sis, sæpiusque approbatis per Sanchez.
confl. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 91., & seqq.
Marc. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 87.
n. 9. Vivian. de Jurepatronat. parte. 1. lib. 4.
cap. 9. n. 28., & 47. cum seqq. Card. de Luc.
de eod. tract. disc. 60. n. 22. Rot. decis. 267.
n. 5. cum seqq. par. 6. decis. 430. n. 23. par. 9.
decis. 122. n. 6. & seqq. par. 11. rec. in Asten.
Jurispatronatus 14. Februarii 1698. S. quia
in fine coram Eminentissimo Caprara im-
press. apud Balducc. rer. judicat. ar. tom. 3.
tit. 3. decis. 2. n. 10. in Faventina Beneficii
11. Decembris 1702. S. Ex qua præsentatione
coram eodem in Firmana Jurispatro-
natus 21. Aprilis 1704. S. Prout nihil urget
coram bo. me. Muto, & in Tuden. Parochia-
lis de Reverten. 7. Decembris 1708. S. Si-
quidem omissio coram R. P. D. meo Lancetta.

Ad rem itaque applicando profere-
bantur, quod vacante hoc beneficio de
anno 1547. Nicolaus, Cæsar, & Horatius
à memorato Joanne Francisco descen-
dentes ad positivam devenere præsentationem
sub ea litterali expressione vide-
licet -- Cum fuerit, & sit, quòd aliàs præ-
sentatio ad Altare, seu Cappellam S. Nico-
lai sitam in Ecclesia S. Mariæ de Campitello
ad Dominos, & familiam de Mutis, qua
vacare contigerit de Jurepatronatus per-
tineat -- Ac propterea cùm in hujusmodi
præsentatione nec ulla, vel minima facta
legeretur indigitatio tituli, aut successio-
nis hæreditariæ, sed pertinentia attributa
appareret familia de Mutis quismam am-
bigere poterat, quod Juspatronatus esset
verè effectum familiare de tempore inter-
medio ab anno scilicet 1492. ad prædi-
ctum annum 1547., dum quando mentio
fit de familia de Talibus citra imaginabi-
lem mentionem, & mixturam qualitatis
hæreditariæ Juspatronatus reputari de-
bet undique familiare, cadente dumtaxat
disceptatione an Univerfa familia in ge-
nere in his terminis dicatur Patrona, vel
potiùs, & hæc, & illa stirps, Linea, aut Co-
lumnellus, ut de his omnibus habetur in
Mediolanen. Prioratus 25. Junii 1700. ex
S. Dicebat igitur cum seqq., & ferè per tot.
coram Me.

Immò

Immo dum Patroni de prædicto anno 1543. non fuerint obloquuti simpliciter de pertinentia ad familiam de Mutis per verba solummodo temporis præsentis, sed expresserint verba significativa, & suppositiva temporis præteriti in ordine ad eandem pertinentiam, ut ibi -- *Cum fuerit, & sit* -- Ecce quod eo facilius per decursum annorum 60., & ultra nimirum verisimiliter poterat post ingressum Juspatronatus in Linea Joannis Francisci fieri talis immutatio, quæ tanquam favorabilior Ecclesiæ in reducenda servitute ad minorem numerum Patronorum valuerat subsequi, statim ac idem Joannes Franciscus, vel ejus filii, & descendentes disposuerant; vel inter vivos, vel in ultima voluntate favore masculorum, & agnatorum, ita ut de facto quemadmodum per viam fideicommissi de hæreditate disponitur ad commodum agnationis exclusivè ad successores simpliciter indifferentes, ita praticari poterat respectu Jurispatronatus, de quo propterea quotidie disputari videmus, an illud veniat sub fideicommissio ex traditis per *Bartol. in l. quia perinde ff. ad Trebell. Ciarlin. controvers. jur. lib. 1. cap. 1. à n. 40. ad seq. Fusar. de substitut. quest. 634. n. 2. Peregrin. de fideic. art. 6. n. 37. Vivian. de Jurepatron. lib. 4. cap. 5. n. 28. Card. de Luc. eod. tit. disc. 36. à n. 3., & disc. 60. à n. 2. ad seqq. Panimoll. decis. 10. annot. 3. n. 42., & sequent. Rot. decis. 170. par. 7., & decis. 190. par. 12., & decis. 64. n. 4., & seqq. par. 13. rec.*

Neque ad elidendam efficaciam hujus præsentationis anni 1547. refragari quibat, quod prædicta expressio deficeret in simplicem enunciativam non habilem de per se fortasse ad intervertendam naturam Jurispatronatus, vel quod in omnem eventum minimè probaretur, quod hæc præsentatio facta à Nicolao, Cæsare, & Horatio sortita fuisset suum effectum per actualem institutionem præsentati juxta *Consl. Calderin. 12. de Jurepatronat. de quo Rot. decis. 144. n. 5. coram Ubald. decis. 62. n. 1. coram Duran. decis. 648. n. 10. par. 9. decis. 254. n. 20. par. 11., & decis. 17. n. 3. par. 18. recens.*

Siquidem circa hanc postremam objecti partem respondebatur, quòd cum nullatenus ageretur de acquirenda quasi possessione pro consequenda institutione

præsentati tam importante ad plenè demonstrata in illa *Mediolanen. Beneficii prima Aprilis 1707. in principio, coram Me,* in quibus utique terminis factum constitutum, & inductivum quasi possessionis profectò debuisset effectum esse sortitum, ut diceretur verè factum, & manutenibile, sed tractaretur de simplici intelligentia, seu declaratione voluntatis, quam de præterito habuissent Patroni, in ordine ad meram qualitatem, nemini præjudicialem, & observantiam merè interpretativam enunciati Prædecessorum con-similis effectuatiōis justificationem non requirit *Gravian. discept. forens. cap. 521. n. 26. vers. ista effectuatio Rot. in Florentina Jurispatronatus de Ricafolis apud Vivian. de Jurepatron. lib. 4. cap. 1. sub n. 71. §. Non obstat in contrarium, & in Mediolanen. Prioratus 11. Decembris 1699. §. Nec ad elidendam coram Reverendissimo P. D. meo Molines Decano.*

Et ad totalem divisionem objecti firmo remanente mox allato principio, quòd Patroni possint immutare Patronatum hæreditarium in gentilitium, quodque potius beneficium inferatur Ecclesiæ, quam injuria de plano sequebatur, quod assertio qualitatis pertinentiæ beneficii facta per actuales Patronos plusquam probabiliter informatos, illorumque manus potius ligans, & coarctans semper attendi consuevit, ut signanter ad probandam qualitatem gentilitiam habetur teste *Gabriel. consil. 196. n. 10. Rot. decis. 159. n. 8. coram Priol. in Comen. Cappell. 31. Martii 1702. §. Confirmatur coram Eminentissimo de la Tremoille, & 4. Maji 1703. §. Sublata coram R. P. D. meo Priol., & in Faventino Beneficii 12. Decembris 1702. §. Ex qua præsentatione, & §. Accedit, & §. Subsequitur coram Eminentissimo Caprara.*

Sed non sistebat demonstratio hujus immutatæ qualitatis in gestis de prædicto anno 1547., sed abundantius in cæteris quoque optimè firmabatur statibus, ac præsentationibus, de anno namque 1555. Nicolaus, & Cæsar, ut diximus descendentes ex linea Joannis Francisci sub assertiva, quod Cappellania foret de *Jurepatronatus familie Dominorum de Mutis* non tantum in facto præsentarunt; verum & hæc præsentatio suum plerarium sortita erat effectum *Summario præfati D. Abbat*

batis Buffii n. 11., & 12. litt. A., & B., & de
 15 anno 1563. presentantibus Alexandrum
 Horatio, & Casare, aliiſque de Mutis,
 Alexander Litteras Apostolicas impetra-
 vit, quas nuncupant pro presentato, & in
 eis cubitaliter etiam affirmatur, & dicitur
 de jure patronatus Laicorum videlicet de
 Domo de Mutis de Urbe; unde quis ratio-
 nabiliter valebat amplius ambigere de
 gentilitia qualitate, dum per dictionem,
 videlicet suapte natura declarativam, &
 restrictivam per Text. in cap. novimus de
 verb. signific., & in l. videlicet ff. quib. conf.
 Major., & in l. videlicet ff. de pact. adeo
 precise, & singillariter explicabatur ve-
 ra, & propria qualitas gentilitii characte-
 ris; verbum quippe Domus cum addita-
 mento pronominis de Mutis magis etiam
 strictum, & significativum existit, quam
 simplex vocabulum Familia, sicut in pro-
 posito ratiocinatur Ancharan. conf. 154.
 n. 4. Ciarlin. controvers. 107. n. 76., & seqq.
 Gratian. discept. forens. 645. num. 1. Rot.
 decis. 162. n. 1. par. 11. recent. in Lucana Be-
 neficii 13. Junii 1705. S. Quinimò coram
 R. P. D. meo Muto, & in Romana Cappella-
 niæ 25. Novembris 1705. S. Et ob id co-
 ram Me.

Fortiora reddebantur præmissa, profe-
 quendo seriem aliarum presentationum,
 16 cum enim, & de sequenti anno 1564.
 Antonius Sirletus adeptus extitisset præ-
 sentationem, illiusque vigore gratiam
 pariter reportasset pro presentato, non
 minus eadem gratia emanavit sub ex-
 pressionem, quòd Cappellania esset de ju-
 repatronatus Laicorum Nobilium, videlicet
 dilectorum filiorum Familia de Mutis;
 Quamobrem ex hac toties repetita, &
 continuata expressionem pertinentiæ juris
 presentandi ad illos de Familia citra scru-
 pulum emergere dilucidationem quali-
 tatis gentilitiæ, & familiaris sæpissime
 dixit Rota, & præsertim decis. 183. n. 19.,
 & 20. coram Buratto, decis. 679. num. 6.
 part. 18. Recent. in Comen. Cappellania
 31. Martii 1702. S. Confirmatur coram
 Eminentissimo de la Tremoille, Fossanen.
 juris patronatus 12. Martii 1703. S. Acce-
 dente, coram Eminentissimo Caprara, Me-
 diolanen. juris patronatus super qualitate
 agnatiæ 18. Junii 1703. S. Consonat, coram
 R. P. D. meo Scotto, & in Firmana juris pa-
 tronatus 21. Aprilis 1704. S. Quarta præ-

sentatio, coram bona memoria Muto.

17 Quid ultra dum etiam magis de recen-
 ti de anno 1636. concessa Joanni Paulo
 de Mutis consimili gratia pro presentato
 R. P. D. Torricellus Eminentissimi tunc
 Vicarii Vicesgerens, cui specificè dele-
 gata fuerat executio ejusdem gratiæ pro
 verificationem, ut dicitur in sententia Li-
 terarum Apostolicarum ad normam assuetæ
 clausulæ, verificato prius jure patronatus
 &c., quæ conditionem, & in casu contra-
 rio ablationem jurisdictionis significat ad
 notata per de Ros. de Executor. Litterar.
 Apostolicar. par. 1. cap. 4. n. 124., Rota in
 Mediolanen. juris patronatus super execu-
 tione Litterarum Apostolicarum 21. Februa-
 rii 1707. S. Minus denique, coram R. P. D.
 meo Scotto, ex quo in eisdem litteris sup-
 positum fuerat Altare, seu Cappellam esse
 de Jure patronatus Laicorum Nobilium,
 videlicet Familiæ illorum de Mutis. Lon-
 ga in prædicta sententia serie relata in-
 strumentorum, ac presentationum præ-
 cedentium positivè pronuntiavit -- Con-
 stituisse, & verè constare prædictam Cappel-
 laniam sub invocatione Sancti Nicolai in
 Ecclesia Sanctæ Mariæ in Campitello de Ur-
 be fore, & esse de jure patronatus dictæ bonæ
 memoriæ Elisabethæ, & Laicorum Nobilium,
 videlicet Familiæ illorum de Mutis, ac illam
 in erectione dictæ Cappellaniæ dotasse &c.,
 & ad illam, & Laicos Nobiles videlicet Fa-
 milia, & illorum de Mutis spectare, & per-
 tinere jus presentandi ad præfatam Cappel-
 18 laniam -- Ideoque si quid defuisset ad co-
 ronamentum præcedentium demonstra-
 tionum, & quæ major manifestatio, & cer-
 titudo desiderari poterat, quàm proman-
 ans à sententia tam maturè visis omni-
 bus videndis, & inibi gradatim enuncia-
 tis prolata per executorem nominatim
 delegatum cum ulteriori demum pacifico
 transitu in rem judicatam, ut quodammo-
 dò conclamans positivè effata est Rota,
 decis. 220. n. 9. & 10. par. 11. decis. 192. n. 7.
 par. 19. Recent. in Mediolanen. Prioratus
 super qualitate agnatiæ 18. Junii 1703.
 S. Omnem denique, coram R. P. D. meo Scot-
 to, in Majoricen. Beneficii 28. Novembris
 1704. S. Haud relevante in fine, coram bonæ
 memoriæ Muto, & in præfata Mediolanen.
 Beneficii prima Aprilis 1707. S. Evidentiùs,
 coram Me.

At ob id lucem velle addere Soli vi-
 deba-

19 debatur ulterius progredi, sed nec ista clarissimæ de cætero justificationes destituebantur solidis adminiculis, & fulcimentis tam ab intrâ, quàm ab extra; ab intrâ nempe quia præcisivè à supradictis expressionibus modus ipse præmissarum præsentationum palàm ostendebat Juspatronatus effectum fuisse gentilitium, & familiare, quoniam tam de anno 1547., quàm de anno 1563. præsentationes nequaquam celebratæ noscebantur, habito respectu ad ordinem præscriptum in Successionibus, & Patronatibus hæreditariis, sed insimul ad præsentationem devenere sibi transversantes in capita, videlicet Nicolaus, & Jacobus fratres, Cæsar nepos, & Horatius pronepos, nil verò efficacius est ad arguendam, comprobendamque qualitatem gentilitiam, quàm præsentatio expleta in capita, & non in stirpes, sive non per modum unius per personas plures repræsentativas suum gradum, & respectivè ratam, & vocem, sicuti quotidie observatum, firmatumque fuit, & signanter penès Lotther. de re beneficiar. lib. 2. quæst. 11. n. 23., Rota decis. 46. n. 11. & seqq. coram Buratto, decis. 106. n. 8. coram Celfo, decis. 159. à n. 1. & seqq. coram Priolo, decis. 220. n. 12. par. 11. Recentior., in Florentina jurispatronatus 4. Junii 1681. S. De existentia verò, coram bona memoria Paulutio, in Parmen. jurispatronatus 5. Aprilis 1683. S. Tum ex eo, coram bona memoria Ursino, in Bononien. Beneficiorum 28. Junii 1690. S. Secundò quia, coram eodem, & in dicta Mediolanen. Prioratus super qualitate agnativa 18. Junii 1703. S. Colliminante, coram R. P. D. meo Scotto.

Ab extra autem à geminis, & à duobus distinctis Pontificibus in occasione proportionata editis enunciativis, possidente etenim Cardinali Tyberio de Mutis hujusmodi beneficium, eoque locante Tenutam, seu Casale ejusdem beneficii, prodiit à sancta memoria Urbano VIII. Beneficium sub expressione, quòd prædictum beneficium foret de jurepatronatus Familiae de Mutis, & hoc idem extitit practicum in altero Breve concessò à sancta memoria Innocentio X. occasione alterius locationis initæ per Joannem Paulum Mutum, proindèque toti contextui præfatarum probationum superaccedentibus his quoque Apostolicis enunciati-

vis, quis dixerit, quod hæ enunciativa emissæ in Litteris Apostolicis validam non præbeant demonstrationem qualitatis gentilitiæ, prout aliàs censuit, & respondit Rota decis. 8. num. 5. coram Ubago, decis. 159. n. 8. coram Priolo, decis. 662. n. 6. par. 19. Recent., in Fossanen. jurispatronatus 12. Martii 1703. S. Accedente, coram Eminentissimo Caprara, & in Florentina. Canonatus 8. Maji 1705. S. Maxime, coram R. P. D. meo Lancetta, & 2. Julii 1706. S. Prasertim, coram R. P. D. meo Priolo.

20 Nil penitus officiente, quòd in aliquibus præsentationibus, quandoque facta, legeretur expressio filiationis, & qualitatis hæreditariæ; quoniam plusquam superlativè probata ex hucusque deductis qualitate gentilitia scrupulum injicere nequibat cumulativa expressio qualitatis hæreditariæ, cum ea compatiatur, & non destruat veram, & propriam qualitatem gentilitiam, illaque æquè referatur ad hæredes sanguinis, & bonorum secundum ea, quæ egregiè animadvertit Soccin. Sen. consil. 57. n. 4. lib. 3., Peregrin. consil. 49. n. 4. lib. 1., Rota decis. 46. n. 18. coram Priolo, decis. 24. n. 19. coram Ubago, decis. 563. n. 20. & 21. coram Merlino, decis. 106. n. 11. coram Celfo, decis. 446. n. 9. coram Rojas, decis. 237. n. 16. par. 13., & decis. 679. n. 19. par. 18. Recent., & in dicta Mediolanen. Beneficii prima Aprilis 1707. S. Quoniam coram Me.

Minusve turbante, quòd præcisè in præsentationibus annorum 1590. & 1636. præsentatio noscatur inita per quotas propriè cadentes in portione hæreditatis, & non in juribus sanguinis admittentibus quidem numerationem, sed non partitionem. Siquidem cum jam ingenuè superius suppositum, & admissum fuerit, quòd Juspatronatus foret ab initio hæreditarium, & in tali statu probabiliter perduraverit etiam post obitum Elisabethæ primæ filia Fundatoris, de facili sequebatur, quod nonnisi per quotas hæreditarias successio in hoc Jurepatronatus descenderit in Joannem Franciscum; cumque attenta persona Caroli, sive Jacobi ejus fratris nequivisset Joannes Franciscus ex propria persona sortiri, nisi unam vocem, seu quotam respectivè, hinc si ulterius ad ipsum Joannem Franciscum, per-

pervenerat etiam portio Patruī nomine Francisci alterius filii Elisabetthæ, necesse prorsus erat tunc, ut ejus voces, illarumque importantia distinguerentur, quodque præsentationes cantarent pro duabus partibus, Joannes Franciscus etenim computata portione paterna, & altera ejus Patruī pro totidem successerat in originaria hæreditate Elisabetthæ, cumque ex liquidissime ostensis ab indè citra Juspatronatus in linea prænominati Joannis Francisci remansisset transfusum in gentilitium, utique nè Joannes Franciscus, ejusque descendentes per hanc transfusionem deperderent præponderantiam orientem ab ingressu acquisitivo

21 duarum ex tribus partibus consequens erat, quod præsentarent pro eisdem duabus partibus; estque de natura Juspatronatus, ut præcisivè à casu quo fuerit ab initio cautum, ut jus præsentandi pertineat ad omnes de familia in genere, in quibus sanè terminis non sit distinctio vocum, & quotarum, sed præsentationes explentur per modum collegiativum, majorque pars prævalet minori, ut ait Carol. Marant. *contro. jur. p. 5. respons. 81. n. 17. & seqq.*, & n. 29. *Tondut. quest. benefic. par. 2. cap. 32. à n. 5. ad 14.*, Vivian. *de jurepatronat. lib. 4. cap. 2. n. 28. & seqq.* Cardinalis de Luca *de jurepatronat. decis. 61. n. 11.*, Rot. *decis. 82. n. 8. & 9. par. 7. Recent.*, in Cracovien. *Scolastria 16. Junii 1698.* S. De reliquo, *coram Me, inter hætenus impressas decis. 52. n. 20.*, in Mediolanen. *Prioratus 15. Februarii 1700.* S. *Concurrente, coram Revmo P. D. meo Molines Decano, & in eadem super dubio filiorum familias 18. Junii 1703. per totam coram R. P. D. meo Scotto, & in Pisana jurispatronat. 26. Junii 1709.* S. *Justificatio autem, junctis. Procedendo etiam, coram R. P. D. meo Priolo.*

Sanè quoties vel à primordio Juspatronatus relictum fuit pluribus Lineis, vel in progressu per inæquales portiones descendit ad plures Lineas semper perpendicularunt quotæ pertinentes ad unamquamque Lineam, itaut præsentatio Collegiativa posita qualitate gentilitia, vel in sui origine, vel in progressu fiat in qualibet Linea; sed hæc præsentatio collegiativa non excedit illam ratam, & præponderantiam, quam in se continebat unaquæque Linea ab initio ad ea, quæ optimè arguen-

tes ex hujusmodi quoque modo præsentandi qualitatem Juspatronatus Gentilitii tradiderunt Lotther. *de re benef. lib. 2. quest. 11. n. 41. & 47.*, Tondut. *quest. benefic. p. 3. cap. 157. n. 6.*, de Luca *de jurepatronat. disc. 33. n. 2.*, disc. 54. n. 6., & disc. 61. n. 13., Rot. *dec. 47. n. 13.*, & 16. *post Tondut. de Pensionib. dec. 267. n. 6. p. 6.*, & d. 2. n. 8. p. 7. *Rec.*, & in Mantuana *Beneficii 3. Junii 1689.* S. *Quia ad effectum, coram bo. me. Muto.*

Ostenso itaque quod hujusmodi Juspatronatus foret à principio hæreditarium, & deindè certò certius transfusum in gentilitium robustè insurgentes Defensores D. Abbatis Bussi concludebant, quòd nusquam amplius verificari poterat, quòd Juspatronatus ex persona Nicolai, & Hieronymi, qui præsentaverant de annis 1529. 1547., & respectivè 1563., & 1564. translatum fuerit uti exadverso prætendebatur in Faustina Hieronymi filiam, unde oporteret subalternantes, seu descendivas voces, & capita ab eadem Faustina provenientia discutere, contrarium quippe adamussim sibi vindicat Juspatronatus verè gentilitium, ut scilicet jus præsentandi deferatur ad solos masculos Agnatos, & vera jura sanguinis, & masculinitatis, & non Hæreditatis, & Bonorum induentes, ex congestis per Tondut. *quest. benefic. 158. n. 1.*, Caren. *resol. 10. n. 8. in fin.*, benè Vivian. *de jurepatronat. part. 3. lib. 14. cap. 2. n. 56.*, Rot. *decis. 106. n. 6. coram Cels.*, & *decis. 446. n. 6. coram Royas.* Jus namque patronatus verè gentilitium censetur directum, & ordinatum ad splendorem folius Agnationis, quæ per solos masculos conservatur, ut profequitur Cardinal. de Luca *de jurepatronat. disc. 25. n. 4.*, & *disc. 26. num. 6. & 8.*

23 Quod si fœminæ quandoque, ac etiam sæpe sæpius appareant à Doctoribus, & Tribunalibus admittæ ad præsentandum etiam in jurepatronatus gentilitio, id evenit in purum subsidium, & ut dicitur per posterius defectis, nempè masculis Agnatis; fœminæ quippè saltèm vita durante reputantur, & sunt Agnatæ, sicuti commentent Covarruv. *var. resol. lib. 3. cap. 50. n. 5.*, Mell. *observ. forens. 61. n. 25.*, Ciarrlin. *contro. 222. n. 4.*, Card. de Luc. *de jurepatronat. disc. 28. n. 8.*, Rot. *dec. 248. sub n. 3. coram Royas dec. 667. n. 9. par. 18. Rec.*

Rec., in Mantuana Beneficii 3. Junii 1689. §. At secus quidem, coram bo. me. Muto, & in Romana Cappellania 16. Martii 1708. §. Stabilita itaque cum seq. coram me, etiam si sint Moniales, ex firmatis in celebri decis. 40. n. 6. & 7. post Censal. ad Peregrin. de fideicom.

Quapropter parùm opitulabatur, quòd de facto prædicta Faustina recepta extiterit ad præsentandum sub anno 1590. veluti unica filia, & hæres Hieronymi pro tertia, seu quavis altera parte, & ob id D. Abbas de Comitibus metiendo hanc quotam Faustina, junctim cum altera tertia proveniente à Carolo seniore filio immediato Elisabeth, seu Jacobo ejus filio, & respectivè nepote duas tertias pro se magis numerare posset, quàm D. Abbas Buffius; quoniam talis præsentatio Faustinae detegebatur vel penitus æquivoca, vel nullatenus attendibilis, & quidem æquivoca; nam ultra incertitudinem quotæ resultantem ab illis verbis -- seu quavis alia parte -- præsentatio Faustinae facta extitit separatim, non autem simultaneè cum masculis seorsim præsentantibus. Cum enim nesciatur qua ratione, & cui præciso fundamento innixus tunc temporis Ordinarius præsentatum divisim ab omnibus instituerit, dici neutiquam valet, quòd eadem præsentatio Faustinae revera extiterit admissa, per ea, quæ in
 24 specie observavit Rot. decis. 268. n. 14. & 15. par. 11. Recent., & in Florentina Canonica 21. Junii 1706. §. Hinc non obstat in sine coram R.P.D. meo Priolo, & quòd talis incertitudo superabundet ad effectum ut nulla exinde quasi possessio censi possit acquisita Præsentanti, seu prout hic, Faustinae generaliter tradiderunt relati per Rot. decis. 368. n. 11., per Bich. decis. 290. num. 21. par. 18. Rec., & in Cremonen. Beneficii 3. Decembris 1706. §. Sinè difficultate coram R.P.D. meo Lancetta, & in dicta Mediolanen. Beneficii prima Aprilis 1707. §. Ceterum, coram me.

Diximus etiam inattendibilis, quia talis admissio fuisset in omnem eventum erronea, cum Faustina ex jam clarè demonstratis tamquam femina nullatenus capax esset præsentandi cum masculis, eoque maximè, quia neque præcedenter alia femina, quas inverisimile erat, non adfuisse in hac numerosa familia usquam

Pars II.

præsentaverant, neque ex post, quodque evidentius erat, dum de anno 1636. soli masculi præsentarunt, mediante sententia canonizante jura veræ familiae, & agnationis, idque effecerunt pro duabus ex tribus partibus, ineluctabile idcirco reddebatur, quòd nulla subdivisio, nulla, vel minima portio, & ut dicamus gleba, quæ posset integrare aliquam tertiam duarum partium promanantium à Joanne Francisco fuerat acquisita Faustinae, aliàs soli masculi minimè valuissent implere, & facere prædictam præsentationem pro duabus ex tribus partibus; unde vel prædictus status anterior anni 1590. remansit per hanc posteriorem præsentationem correctus, & castigatus, vel per spatium 40. annorum præscriptus, ut in proposito animadvertunt Federic. de Sen. consil. 234. num. 4. Dec. consil. 134. sub n. 1. vers. & in casu nostro Lambertin. de Jurepatron. lib. 1. par. 2. quæst. 11. art. 5. n. 4. in fin. Rot. in Placentina Jurepatronatus 10. Maji 1704. §. Cumque coram Reverendis. P.D. meo Molines Decano, & in Meleolitana Jurepatronatus 31. Martii 1702. §. Multoque minùs coram R.P.D. meo Scotti.

Hæc itaque superabundare asserabant memorati Defensores D. Buffii, etiam ad stateram appendendo totam negotii medullam, & sic in plenario judicio petitorio, quia de cætero perspecta definitione Text. in dicto cap. Consultationibus, quæ contentatur ultimo statu, & simplici quasi possessione præsentandi in ultima vacatione, in judicio, prout hic, possessorio, institutio debita erat Benedicto habenti pro se ultimum statum; Cum etenim ille, qui in rei veritate erat novissimus anni scilicet 1678. non mereretur in ulla haberi consideratione, dum promiscuè, & ut dicitur in Divina Scriptura tamquam cor unum, & tamquam anima una, de prædicto anno 1678. præsentaverunt Jacobus Dux Mutus, Cosmus, Ferdinandus, Philippus, & Antonius fratres, necnon altera Faustina soror, & respectivè inter se omnes descendentes de linea Jacobi senioris, & insimul cum eis modernus D. Andreas unicus superstes masculus ex linea Joannis Francisci, quodque plus est, id egerint absque aliqua expressione portionum, & ratarum, profectò cum hic status ex hac commixtione, vel majus

C

con-

confusione nullum statum effectivè posset efformare, recurrendum necessariò erat pro dilucidatione, atque stabilimento ultimi, ac veri status ad toties laudatum antecedentem anni 1636., ut circa primam propositionem in specie firmatum fuit in *decis. 268. n. 14. par. 11.*, & *decis. 181. n. 11. vers. Etenim sunt confusa par. 19. Recen.*, in *Tuden. Parochialis de Bertuzido 20. Junii 1701. §. Ex his coram R. P. D. meo Scotto*, & in *Florentina Canonatus 2. Julii 1706. §. Hinc non obstat in fin. coram R. P. D. meo Priolo*, & quoad secundam liquet ex *Cyriac. controuv. forens. lib. 1. cap. 10. n. 24. Gratian. discept. 113. num. 67. Postb. de manut. observ. 49. n. 4. cum seqq.* quos in proposito reassumpsit, & sequuta est *Rot. in Arantina Beneficii 21. Januarii 1701. §. Ubique hanc coram Me. Cremonen. Beneficii 3. Decembris 1706. §. Facile fuit in fine coram R. P. D. meo Lancetta*, & in *Lucana Beneficii 22. Februarii currentis anni 1709. §. Descendendo modò, coram R. P. D. meo Falconerio*.

Introspecto itaque præfato præcedenti statu anni 1636., quo soli masculi præsentarunt, & declaratum extitit jus præsentandi attinere ad Familiam, & Domum de Mutis, ad eò ille coruscabat limpidus, ut præcisivè etiam ab efformatione status undique manutenibilis ad limites prælaudati *Text. in cap. Consultationibus*, veluti non admittens disputabilitatem, idoneus quoque foret ad absorbendum quodlibet possessorium, si pro parte foeminarum, vel D. Abbatis de Comitibus stetisset, atque militasset, juxta plenè firmata, & demonstrata in sæpius laudata *Mediolanen. Beneficii prima Aprilis 1707. coram Me. cum concordan. relatis in Astoricens. Parochialis 6. Februarii 1699. §. Ipse enim coram R. P. D. meo Scotto, in Mediolanen. Prioratus 11. Decembris 1699. §. Quo verò, & 15. Februarii 1700. §. Idque procedit coram Reverendiss. P. D. meo Molines Decano*, & *7. Maji 1702. §. Resolutionis coram R. P. D. meo Priolo*, & in *Oppiden. Beneficii 7. Maji 1703. §. Quod autem coram bo. me. Muto*.

Verùm his omnibus, & si non parum impellentibus, adhuc minimè obstantibus
25 Domini rescribendo, ut supra justius, & firmius prægnantiora jura pugnare pro D. Abbate de Comitibus censuerunt;

Quia quidquid nihilominus dicendum foret, subsistentè hypothesi, quòd Juspatronatus, de quo quærebat, foret gentilitium, & familiare; utique cum illud ex longè validioribus rationibus, & fundamentis reputaverint esse undique hæreditarium, res prorsus plana efficiebatur pro præfato D. Abbate de Comitibus. Stabilito siquidem, quòd in ipsius primordio totum, atque integrum Juspatronatus fuerit acquisitum ab Elisabetha tanquam unica filia, & hærede Pauli fundatoris, quòdque retento eodem titulo hæreditariò descenderit in illius filios, & hæredes, sive successores ab ea causam habentes, palàm erat, ut ex Arbore, quòd maior pars vocum hujusmodi successorum unitim conspirarent in præsentatione ipsius D. Abbatis, ac staret pro ejus parte, ideoque ei deberetur beneficium etiam ad terminos juris in simili dissidio inter duos Præsentatos semper concedentis prælationem numeranti plura suffragia, seu Patronorum voces, ad *Text. apertissimos in cap. cum Bertholdus in fine de sentent. & re judicata, cap. quoniam 3. ibique gloss. verb. qui majoribus de Jurepatron. Can. Decernimus, & Can. Monasterium 16. quest. 7. Capon. discept. forens. 67. n. 5. tom. 2. Lotther. de re beneficiar. lib. 2. quest. 13. n. 19. Card. de Luc. de Jurisdic. disc. 61. n. 20. Rot. decis. 375. nu. 11. coram Cerr. decis. 363. n. 10. par. 19. Recen. in Mediolanen. Prioratus 25. Junii 1700. §. Manentibus igitur, & in Pampilonen. Parochialis 6. Martii 1702. §. In principio in utroque, coram Me.*

Lucidiùs: cum D. Abbas de Comitibus prævenisset in assequendo Gratiam, & Literas Apostolicas pro Præsentato cum derogatione medietatis vocum, in quibus circumstantiis non est necesse superare medietatem, & in numero Præsentantium vincere Adversarium; sed sufficit in æquilibrio versari, & habere simplicem medietatem, ut unanimiter ostendunt *Lotther. de re beneficiar. lib. 2. quest. 8. nu. 101. Corrad. in prax. benef. lib. 9. cap. 6. n. 3. Rot. decis. 293. num. 8. par. 10. Recen., & in Compostellana Parochialis 8. Junii 1696. §. Præsupposita, & §. Attamen coram Reverendissimo P. D. meo Molines Decano*.

Applicando etenim ad casum Elisabeth prima,

prima, & unica Patrona tres hæreditatis suæ partes effecit in testamento, unam favore Francisci filii; & quia geminos habebat ex altero filio prædefuncto Carolo nuncupato nepotes, videlicet Joannem Franciscum, & Jacobum, singulis pariter consimilem virilem, seu tertiam reliquit: obeunte verò Francisco, & exorta difficultate super partitione hæreditatis, promanavit laudum à nullis ex hodie contententibus impugnatum, in quo definitum extitit, duas ex tribus partibus hæreditatis Elisabethæ spectare ad Joannem Franciscum, & alteram ad Jacobum; Cùmque tota vox, seu tertia Jacobi, dubio procul mediante organo Præsentantium, ut pariter in Arbore hodie distributa, delata fuerit in D. Abbatem de Comitibus absque ulla, vel minima scissura; ecce quod de tertia parte ad ejus favorem computanda dubitari non poterat, ut in simili dictum fuit in *Aretina Beneficii* 21. *Januarii 1701. S. Quod autem coram Me.*

Amaritudo itaque redigebatur ad examen duarum illarum portionum hæreditariarum, quæ mediante laudo fuerant attributæ Joanni Francisco; sed & hoc satis perspicuè evincebatur, quippe Joannes Franciscus duos filios obtinuerat, & fecerat hæredes, Valerianum nempe, & Nicolaum, & illorum unicuique obvenit sua tertia, & ad hujusmodi mensuram, vel numerum de facto subinde exarata fuerunt præsentationes, Valeriani verò vox, sive altera tertia, licet quandoque subdivisa tandem per decessum, & prædecessum Antecessorum indubitanter descenderat in D. Andream, qui cum D. Abbatem Buffium præsentasset, hæc pariter tertia pars, seu vox adscribenda, erat ipsi D. Buffio, & sic rebus eodem modo hucusque versantibus in æquilibrio, nisi ad D. Andream ulterius pertinisset, prænomina quoque tertia vox
 26 Nicolai, certi juris erat, quòd in hac paritate tertiarum, triumpharet Abbas de Comitibus gratificationem consecutus à Papa, dum substantialiter in simplicem gratificationem resolvuntur hæc Gratia derogatoriæ pro medietate, ut inquit, & notat *Amayden. de styl. Datar. lib. 1. cap. 15. §. 15. n. 4. Lotther. de re benef. lib. 2. quest. 8. n. 103. cum alijs relatis concordans.*
Par. II.

dan. in præfata *Mediolanen. Beneficii prima Aprilis 1707. S. Eoque robustius coram Me.*

Subalternans propterea colluctatio, iterum restringebatur ad tertiam supradicti Nicolai partem, seu vocem; verum hæc ex persona Hieronymi patris, habito respectu ad successibilitatem delapsa fuerat in Faustina nepotem, quæve, juxta superius tradita, admissa etiam positivè remanserat ad præsentandum de anno 1590. à Faustina autem, quæ nupserat Carolo Duci Muto, descendebant per plura media iidem adamussim, qui ex alio latere ejusdem Ducis Caroli secundum primò factam divisionem adepti apparebant aliam tertiam primi Jacobi nepotis Elisabethæ, illiusque immediati hæredis, & ob id unito concursu duarum ex tribus ab initio scissarum portionum in Præsentantibus D. Abbatem de Comitibus, manifestissimè idem D. de Comitibus numerabat pro se non solum medietatem, sed etiam duas ex tribus partibus; ideoque à fortiori ejus literæ derogatoriæ, veluti plusquam abunde justificatæ nullam pati poterant retardationem executionis, per *Text. in cap. super literis de rescript., & cap. si Capitulum, ubi gloss. verb. exequat. de præbend. in 6., ubi communiter Doctores Rota decis. 57. n. 1. & 16. post Tondut. de pension. dec. 298. & decis. 322. utrobique n. 1. coram bo. mem. Emerix decis. 141. n. 2. par. 19. Recent., & in Mediolanen. Jurispatronatus super executione literarum Apostolicarum 21. Februarii 1707. S. Arbitrium. enim coram R. P. D. meo Scotto.*

Hocque firmato restabat maturè discutiendus articulus, quale nam suppositum præcelleret, utrum scilicet ad sensum D. Abbatis Buffii Juspatronatus controversum existeret gentilitium, vel potius hæreditarium; & ut præmissimus, robustiora jura, rationesve suadebant qualitatem hæreditariam, quam neque Defensores D. Abbatis Buffii in suo principio imbitam fuisse eidem Jurispatronatus ut supra denegabant. Ast eorum subsidiaria præsentio continebat, quòd successivis temporibus fuerit hæc qualitas immutata, & transfusa in familiarem, & gentilitiam: id verò oculis Dominorum nullatenus apparuit comprobatum; & tamen
 22
 C 2 cùm

cum mutatio non præsumatur onus illam
 27 univocè justificandi infallanter incumbat prænominatis defensoribus ejusdem Domini Bussii ad puntualiter firmata per *Rot. dec. 108. n. 5. post Vivian. de Jurepatronat. decis. 273. n. 5. & decis. 285. n. 21. coram Duran. decis. 3. n. 13. coram san. mem. Alexandro VIII. decis. 381. n. 19. & 25. coram Priolo, & in Romana Cappellania 5. Maji 1688. §. In nihilo relevante coram Reverendiss. P. D. meo Molines Decano.*

Tantum verò aberat, quòd hujusmodi immutationem in gradu perstringente, ut oportuisset, edoceret, quin potius à facilioribus, magisque proximis exordiendo certum erat, & præfulgebat in *Summ. D. de Comitibus n. 18. litt. D., quod D. Andreas, à quo causam suæ novissimæ præsentationis habebat idem D. Bussius ad limites immediatè præcedentis præsentationis anni 1678. non alio jure ad eam devenerat, quàm uti filius, & hæres Joannis Andreae ejus Patris, ac propterea inevitabile reddebatur, quod ex confessione proprii Authoris Juspatronatus foret, & perseveraverit esse hæreditarium, & ad summum mixtum; non autem prorsus agnaticum, & gentilium, ut in proposito talis expressionis *uti filius, & hæres* asfirmarunt *Socin. sen. conf. 57. n. 4. lib. 3. Peregrin. conf. 49. n. 4. lib. 1. Rot. decis. 70. n. 5. post Vivian. de Jurepatronat. decis. 106. n. 10. & 11. coram Cels. decis. 166. à n. 21. ad 24. par. 6., & decis. 272. n. 10. par. 13. recent.,* hancque confessionem impugnare nequebat Dominus Bussius, tanquam à confitente causam sortitus, vulgatis juribus, de quibus *Bald. conf. 364. num. 2. lib. 2. Rot. decis. 849. n. 2. par. 2., & decis. 336. n. 21., & 22. par. 5. recent., & in Novarien. Beneficiorum 27. Junii 1703. §. In facto erga finem, coram R. P. D. meo Scotto.**

Multoque minùs (etiam redeundo ad superiores status) de hac immutatione constabat; quia ponderando præmissam asperitatem, quam Dominus Bussius superare debebat, scilicet præsumptionem juris vigentis pro Jurepatronatus hæditario, instrumentalem concomitantiam testamenti Elisabethæ, Brevis *san. mem. Pauli Secundi*, necnon necessitatem in ipso Domino Bussio procedendi cum eadem præsumptione, & ad hoc, ut ad formam laudi duæ tertiæ partes transire valuis-

sent in Joannem Franciscum, ac denique confessionem suimet Authoris, utique ardebat ostendere, quòd ex præcedentibus statibus talis emergeret comprobatio, quæ nullum pateretur æquivocum, & conciliationem, & univocè suffocaret eandem præsumptionem juris vestitam, cum tot primis, & novissimis argumentis aliàs exuberat semper habenti regulam pro se, & regulam, prout hic, geminatam de non præsumendo Patronatu gentilitio, & de non præsumenda immutatione, dubiam reddere limitationem, ac contrariam justificationem, *Surd. conf. 199. nu. 9. Gutierrez pract. quest. lib. 3. quest. 4. n. 13., Rot. decis. 260. n. 12. par. 11. recent. in Monasterien. Præpositura 26. Junii 1702. §. Addebat, & in Volaterrana Beneficii 7. Junii 1709. §. Basis resolutionis in utraque coram Me.*

Et quidem toties laudati defensores Domini Bussii sentiebant vim hujus oneris; proindeque contra ea, quæ superius facti videbantur debilitare, satagebant in parte primordium, oriens à testamento Elisabethæ, ac litteris Apostolicis *Pauli Secundi*, ex quo reservatio liberè non sonaret pro hæredibus, & successoribus quibuscunque Pauli fundatoris; *sed sibi, & hæredibus suis in perpetuum* prætendentes: idcirco quod vigore illius dictionis *suis* tanquam collectiva cum alio verbo in perpetuum futurum tempus respiciente varet idem resultare, & emergere intellectus, ac si dictum fuisset *Descendentibus* secundum expositionem, quam in fraternizante materia fideicommissorum faciunt, *Dec. conf. 217. ad fin. Cravett. conf. 22. n. 7. Simon. de Prat. de interpr. ultim. volunt. in substitut. de suis, & descendantibus lib. 3. dub. 1. solui. 5. n. 46. Rot. decis. 127. sub n. 10. coram Ubald. tom. 3. decis. 344. n. 3. in fin. par. 2. recent., & in Avenionen. Primogenitura, sive concursus super executione mandati 3. Julii 1702. §. Neque perpetuitas coram R. P. D. meo Caffarello.*

Cæterum fragile nimium palpabatur istud refugium, seu præsidium; nam quoties hujusmodi verbum *suis* conjunctum legitur alteri *hæredibus*, sequitur facilius naturam sui adjacentis, & extranei non sunt minùs hæredes sui in ordine ad disponentem, quàm sint ex corpore descendentes, & præcipuè in prioribus terminis

minis Jurepatronatus hujusmodi secumferentis præsumptionem, ut omissis contrariis ferientibus eandem materiam Fideicommissariam in præciso proposito Jurepatronatus validius ostenderunt *Abb. in cap. in præsentia col. 9.*, & ibi *Dec. n. 18. de probat. Cyriac. contrav. jur. lib. I. cap. I. n. 32.*, & *33. Rot. decis. 372. n. 20. par. II. rec.*, & *in Melevisana Jurepatronatum 31. Martii 1702. §. Finali coram R. P. D. meo Scotto.*

Citra hæitationem verò; quoniam, ut mox connotavimus, iidem defensores D. Buffii nequibant absque destructione eorum defensionis recedere ab eo, quod jam concesserant, dum duæ ex tribus partibus obvenire Joanni Francisco, illisque hodie respectivè favere nequivissent, si Jurepatronatus non extitisset hæreditarium, ipsumque laudum declarativum obventionis harum duarum partium in Joannem Franciscum non loquebatur nisi de hæreditate Elisabethæ, ut ibi -- *Nell'altre due terze parti di detta eredità dichiaramo succedere il detto Giovanni Francesco, Summarium D. Buffii num. 6. in fin.*, sub cujus profectò hæreditatis nuncupatione veniebat Jurepatronatus, de reliquo enim peragi non potuisset de partibus, & portionibus, quæ verificantur in juribus dumtaxat hæreditariis, & non in gentilitiis, in quibus jus præsentandi defertur merè personaliter in capita, ut præter supra Collaudatos uno ore conveniunt, *Tondut. quest. benefc. tom. I. cap. 32. n. 4.*, *Lambertin. de Jurepatron. lib. I. par. 2. quest. I. art. 25. n. 17.*, & *art. 28. n. 5. Rot. decis. 798. n. 13. coram Merlin. decis. 583. n. 3. coram Emerix Jun. decis. 251. num. 5. par. 2. decis. 82. num. 8. par. 7.*, & *decis. 73. num. 21. par. 13. rec.*

Magis magisque idcirco semper subsistentibus regulis, ut supra stabilitis; in nihilò relevabant cunctæ in oppositum allegatæ præsentationes, ac status præcedentes; nam illæ *anni 1547. anni 1555.*, necnon *anni 1563.* ac demum *anni 1564.* quid aliud præferebant, nisi quòd in eis dicebatur, quòd *Jurepatronatus ad Altare, seu Cappellam S. Nicolai spectabat ad Dominos, seu familiam de Mutis*, & hoc ipsum concludebant Literæ Apostolicæ super his præsentationibus emanatæ, atque etiam Brevia Pontificia *sa. me. Urba-*

ni VIII., & *Innocentii X.* Ast non proinde univocè, seu ullo modo certitudinariè sequebatur, quòd Jurepatronatus fuisset per hanc loquendi formulam immutatum, & à tot regulis recessum; tum quia similes enunciativæ absque ullo restrictivo, ac taxativo tantum, vel solum, simpliciter emissæ *de familia, de domo &c.* stare, rectius censebantur ad demonstrandum, ac designandum, quòd jus præsentandi eo tempore resideret, quemadmodum, de facto erat in familia illorum de Mutis, secundum bene ponderata *per Rot. decis. 173. n. 3. coram Duran. decis. 78. nu. 2.*, & *15. coram Merlin. decis. 27. n. 8. coram Ninot. decis. 73. n. 17. par. 13. decis. 82. n. 10.*, & *decis. 181. n. 13. par. 19. rec.*, & *in Firmiana Jurepatronatus 15. Decembris 1702. §. quod attinet coram bo. me. Muto, & in Balneoregien. Beneficii 21. Januarii 1707. §. Multoque minus coram R. P. D. Meo Kauniz.*

Et absolum dicere fuisset, quòd Jurepatronatus spectaret ad hæredes Dominorum de Mutis, vel ad Dominos de Mutis, & eorum hæredes: jam enim hæredes includebantur suapte natura, vel per comprehensionem, seu vocationem legis, vel hominis; præsertim quia substantia negotii, super quo cadebant enunciativæ, non exquirebat hujus articuli discussionem; cum satis esset, quòd exponeretur, & re-
32 spectivè verificaretur, quòd Beneficium, seu Cappella foret de Jurepatronatus laicorum, & exprimerentur illi laici, apud quos erat jus, & quasi possessio præsentandi, idque ad reservationes, & regulas Cancellariæ evitandas; ideoque eò fortius enunciativæ editæ præter necessitatem, & importantiam actus non attenduntur, *Surd. conf. 423. n. 22. Ruin. conf. 141. n. 10. Gen. de verb. enunciat. quest. 32. Palm. decis. Lucens. tom. 4. decis. 341. n. 11. Rot. decis. 31. n. 9. par. 18.*, & *decis. 119. num. 11. par. 11. rec.*

Potissimè quia eadem enunciativæ, & consequitivæ iidem status prædictorum annorum minimè continuatæ legebantur, quinimò destruebantur; nedum quia Faustina æquè fuit in concursu masculorum admittà ad præsentandum de anno 1590. sed etiam quia omnes præfati ma-
33 sculi ad actum devenère præsentationis discriminatim per viam quotæ, quæ non
ca-

cadit, ut toties demonstravimus in juribus gentilitiis, sed tantummodo in hæreditariis juxta legalem partitionem assis, & per consequens non solum hæ posteriores præsentationes, ut fuit illa 1590. & altera 1636. & 1678. dubiam saltèm efficiebant quamcumque prætentam qualitatem gentilitiam, necnon assertam immutationem, (quod semper exuberaret ex præmissis,) verùm quoque præferri merebantur in hac ipsamet dubietate cæteris, tamquam foundationi magis consonæ, & juris præsumptioni conformes, *Abb. in cap. Auditis n. 15. de præscript. Cravett. conf. 46. n. 4. Honded. conf. 53. nu. 24. lib. 1. Rot. decis. 381. n. 24. coram Priol. decis. 472. n. 2. coram Buratt. decis. 367. n. 8. coram Emerix jun. & decis. 236. n. 6. & 7. par. 5. Rec.*

Comperto itaque, quòd & præsentatio anni 1636. respectu modi quotam exprimentis repugnaret Juripatronatus verè gentilitio, non videbatur idcirco etiam ea deservire posse ad castigationem, & recessum à prædictis regulis in contrarium, ex quo concessa fuerit institutio Joanni Paulo Muto vigore præcitæ sententiæ R.P.D. Tornielli, declarantis, ut supra, Cappellaniam pertinere ad Laicos Nobiles familia de Mutis, & nihilominus ultra prædictum contrarium Judicium quota in præsentationibus enunciata, & ultra expressionem quoque litteralem tituli hæreditarii, in primis recurrebant superius animadversa; quia ibi tractabatur tantummodo principaliter de canonizatione, & verificatione Jurispatronatus Laicorum: nec quæstio fuerat per imaginationem super indagine, an hujusmodi Juspatronatus laicale existeret postea, necne hæreditarium, vel potius gentilitium, & propterea apertè nimis corruerat exaggerata efficacia rei judicæ, 34 quæ tamquam semper strictè de jure intelligenda nusquam comprehendit, quod non apparet effectivè declaratum, seu definitum; & inter Partes disputatum, ad firmata per DD. in l. Paulus respondit ff. de Judic. Cravett. conf. 188. n. 6. Surd. decis. 250. n. 6. Rot. decis. 1137. n. 1. & 2. coram Coccin. decis. 335. n. 20. coram Dunoj. jun., & decis. 622. n. 9. par. 19. rec.

Perstringentiùs, quia R.P.D. Tornellus adeò probabiliter contentus dumta-

xat fuerat recognoscere an Cappellania revera foret de Jurepatronatus Laicorum demonstrativè sese gerendo simpliciter ad Laicos Patronos, qui actualiter erant in quasi possessione præsentandi citra ullam intentionem præcisè canonizandi qualitatem gentilitiam, ut in ea parte sententiæ, sub qua continebantur jura per eum visa numeraretur testamentum Elisabethæ, numeraretur præsentatio facta de anno 1590. quando fundatio, seu testamentum Elisabethæ, ut vidimus, præferebat innegabilem qualitatem hæreditariam, & status anni 1590. includebat Faustina, quæ profectò extantibus masculis, ad sensum Defensorum D. Bussi, præsentare nequivisset ad Beneficium propriè gentilitium; unde quis dicat, quòd præter supradictam meram demonstrationem solius verificationis hujus Patronatus R.P.D. Tornellus cogitaverit differere de qualitate Jurispatronatus Cappellaniæ, illudque definire pro gentilitio, dum jura per eum visa, relata, & laudata secum ferebant oppositum; sententia quippe semper recipit declarationem ex actis, l. si ex testam. 20. ff. de re judic. Rot. decis. 194. n. 5. coram Emerix jun. & decis. 469. n. 34. par. 19. rec. Sicque cum eadem acta saltèm forent æquivoca, impossibile reddebatur causare actum univocum, & necessariò concludentem (uti in præsentati thesi requirebatur ex supradictis) tale quippe est causatum, qualis est causa, l. quominus ff. de flumin. Bald. conf. 150. in fin. lib. 5. Castill. controvers. jur. lib. 5. par. 2. cap. 103. nu. 14. Marant. controv. jur. par. 1. resp. 23. à nu. 16. ad seq. Osasch. decis. 167. n. 27. & 28. Palm. decis. Lucen. tom. 4. decis. 363. num. 65. Rot. dec. 287. n. 1. par. 1. rec.

Absque eo quòd (incidenter respondendo) ullo modo respectu admissionis Faustinae de cætero concordantis in persona Præsentati, ab aliis, nempe Tyberii de Mutis teneret replicatio, de qua supra, quòd illa vel pariter, seu è converso esset æquivoca, vel nullatenus attendibilis, nullum namque somniabile æquivocum erui poterat, ex quo non appareret cui præsentationi fuerit innixus Ordinarius, stante seorsim facta ab unoquoque Patrono præsentatione; prædicta namque præsentatio, cui adhæsit Ordinarius, erat

erat plusquam univoca, dum nemo ex Patronis sibi arrogaverat illam tertiam partem, qua usa noscebatur Faustina in sua presentatione, dum Alexander, & Horatius de linea Valeriani filii, & hæredis Joannis Francisci presentaverant solum pro tertia parte, & id ipsum effecerat Carolus pronepos, & hæres Jacobi senioris; cumque hæc duæ tertiæ, sive presentationes non excederent duas ex tribus partibus, & pro altera tertia presentasset Faustina, veluti filia Hieronymi patris, & Nicolai avi, cæterò quin pariter filii Joannis Francisci, & in æquali gradu existentis cum Valeriano; & quis non videt, quòd eadem presentatio Faustinae erat in adjunctione alterius tertiæ deficientis integrativa totius, sicuti tertia pars reputatur legitima relativè ad totam hæreditatem, bona, vel successionem, ad notissimam censuram *Auth. de triente, & semiss. cum concordan.*

Erat quoque talis presentatio ultra absterfum hæcenus vitium æquivocationis necessariò admissibilis, & hodie magis admittenda; quia non tantum hujusmodi presentatio concordabat cum testamento Elisabethæ, necnon memorato laudo, & ex præmissis erat integrativa totius, verum etiam quia quomodo hodie valebat D. Andreas hanc tertiam controvertere, sibi que duas partes vindicare; dum eam non impugnavit Alexander ejus abavus, qui hæc duas tertiæ neque per umbram prætendit, & solum pro unica tertia parte presentavit, indubitati quippe juris est, quòd ipse D. Andreas veluti mediatas hæres ejusdem Alexandri, illius factum, & agnitionem intervertere nequibat, ex notissimis juribus, de quibus in *decis. 446. n. 3. & 4. coram Royas decis. 251. num. 3. coram Peuting. decis. 293. num. 6. par. 10., & decis. 88. n. 5. & decis. 194. n. 7. & 8. par. 11. recen. & in Fossanen. Beneficii 11. Martii 1703. S. Et magis coram Eminentiss. D. meo Caprara.*

Hæcque superabundarent, sed redeundo ad prædictam presentationem anni 1636. rursus tantum longè erat, quòd R. P. D. Torniellus aliud perpendisset, quam simplicem expositam verificationem existentia Jurispatronatus Laicorum, ut nec de personis Presentantium,

nec de vocum numeratione verbum fecerit, & tamen necesse extitisset inquirere de hisce vocibus stante altera presentatione præcedenter inita per Hieronymum, & Michaelen Angelum tam Caroli Ducis Muti, quam prænominatæ Faustinae filium, & respectivè nepotem: hi enim copulativè presentantes eandem personam ab aliis quoque presentatam expresserunt, quòd nominibus, de quibus supra, illis duæ ex tribus partibus competeabant, proindeque cum stare non posset, quòd cæteri Presentantes efficerent duas tertiæ, & pariter duas tertiæ Hieronymus, & Michael Angelus; ecce quòd extitissent non tres, sed quatuor tertiæ, quòd est absurdum, prout absolum esset discurre in prædicto simili legitima; quòd idem foret quarta prius à jure definita per *leg. Papinian. S. quarta, & in S. si quis mortis ff. de inofficiso testam., & l. Parentibus Cod. de cod. tit.,* quàm tertiæ, ad quam fuit peracta per jus novissimum, *Auth. de triente, & semisse, & in Auth. novissima C. de inoffic. testam.*

Quin robur habere visa sit ea replicatio, quòd curandum non esset de hujusmodi presentatione Hieronymi, & Michaelis Angeli; dum ea liquidò apparebat neglecta, sive nullum effectum sortita, veluti emissa sub conditione reservationis annuæ pensionis scut. 200. sub Apostolica authoritate, quando Literæ Pontificiæ, super quarum verificatione prodiit sententia R. P. D. Tornielli, nihil penitus continebant in ordine ad hujusmodi pensionem; siquidem ultra quòd in Responsionibus, seu *novo Summaris Responsionis* attributæ pro parte Domini Abbatis de Comitibus, fuerat Dominis exhibitæ supplicatio pensionis sub eadem die signata, sub qua legebantur subsignatæ, & editæ literæ collationis Beneficii, seu gratiæ pro Presentato, & consequenter rueret obiectum in facto, adhuc nonne aliqua mentio fieri debuisset per R. P. D. Torniellum, nonne fieri trutinatio harum duarum partium, ut supra incompatibilium; nonne tandem liquebat, quòd filii Faustinae prosequerentur præcedentem ab ea factam presentationem, uti illius hæredes; cum etiam ex actu nullo eliciantur, ut fert adagium, voluntas, per *Text. in leg. final. ff. de reb. dub. leg. final. ff. de reb.*

reb. eorum, qui sub tutel. Rip. in cap. cum
Ecclesie n. 93. de causi. possess. & propriet.
& in re conjuncti n. 136. ff. de legat. 3. Rota
decis. 447. n. 16. coram Merlin. decis. 382.
n. 25. & 26. coram Bich., & decis. 304. n. 4.
coram Emerix jun.

Evanida effecta, imò potius retorquibili prætenfa re judicata, nec non efficacia præsentationis anni 1636. opus non esset ulterius progredi, quin etiam ad corroborationem præmissarum regularum, quæ sunt fatales in hac Causa, supervacaneum reddebatur evellere illud argumentum, quod pro justificanda qualitate gentilitia adducebatur, videlicet, quòd in Præsentationibus annorum 1547., 1555., & 1563. Præsentationes celebratæ extitissent in capita, & per transversos gradus inæquales; quoniam hujusmodi pariter argumentum violentam patiebatur retorsionem ad finem concludendi oppositum; quia si Juspatronatus fuisset gentilitium, non omnes præsentare valuissent in capita, sicuti valet repræsentativè ad quotam hæreditariam, atque successionis dari concursus graduum transversantium inæqualium, ut est nepos cum patruo, per obviam dispositionem *Autb. post fratres C. de legit. hered.*, licet enim nil magis familiare videatur, quàm quòd in Patro-

36 natibus verè familiaribus omnes de familia, & si in gradu inæquales, ipseque pater cum filio in capita admittantur ad præsentandum; id tamen locum sibi vindicat, prout supra tetigimus, quoties Juspatronatus relictum est toti familiæ per modum Collegii, & Universitatis, secus verò quando ab initio Juspatronatus quantumvis gentilitium relictum dignoscitur certis personis de familia, à quibus postea lineales producerentur descendentiæ; tunc etenim aut ordo intraret charitatis, & successionis inter proximiores, & remotiores, vel capitum numerus calcularetur pro constituenda voce illius lineæ, illius primi acquirentis, secundum tacta superius, & uberius discussa in annot. ad meas decisiones inter hæctenus impress. tom. 1. decis. 52. n. 23. & seqq., & in Pisana Juspatronatus 26. Junii currentis coram R. P. D. meo Priolo ex S. Verùm quamvis cum seqq. ubi concordant.

Cùm igitur à primo ad ultimum crediderint absolutè Domini, quòd Juspatro-

natus digladiatum fuerit in sui natiuitate hæreditarium, simulque in progressu, seu in ingressu in lineam Joannis Francisci pariformiter, ac ineluctabiliter hæreditarium, quòdque ex hucusquè deductis obfervantia, & status deinceps subsequuti lubentius faverent eidem primordiali naturæ in ortu, & progressu demonstratæ; quàm quòd arctarent ad recessum regularum tam sæpe allatarum, minimè in sequelam reputarunt necesse inquirere de vero ultimo statu, non sine probabili aspectu, quòd is potius militaret pro D. Abbate de Comitibus; nam ultimus vera ultimus anni 1678. præferebat confessionem D. Andrea non impugnabilem à D. Abbate de Bussis, & data quoque illius turbiditate, vel status anni 1636. opitulabatur ipsi D. de Comitibus, vel erat pariter intricatus, parumve idoneus ad decisionem, & applicationem *Text. in cap. Consultationibus*; limpidissimus verò effulgebat ille antecedens anni 1590. ab omnibus objectionibus vindicatus; ideoque præfatum cap. *Consultationibus* urgeret magis, ut enunciavimus pro D. de Comitibus si vera erat, prout erat verissima propositio, de qua supra, ut per viam schalaris ascensus ultimus ille status diceretur, qui etsi anterior, & remotior, comparativè ad novissimos æquivocos, & intricatos foret clarior, & evidenter, sicuti ultra jam allegatos etiam monuerunt adducti per *Rot. in præfata Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. S. Idemque eveniret, & in Asten. Parochialis de Maliano 12. Decembris ejusdem anni S. In suo igitur coram Me.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Juspatronatus relictum à Fundatore pro Filiis, & ejus Descendentibus, & Successoribus est Gentilitium, & in eo succedunt Filii unà cum Patre.

SUMMARIUM.

- 1 Nomine Successorum, plerumque veniunt successores in hæreditate, vel successores in hæreditate simul, & sanguinis, & num. 50.
- 2 Juspatronatus relictum pro Filiis, Descendentibus, & Hæredibus, seu Successoribus, an sit Gentilitium?

3 Jus-